

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5437

Auteur(s) : Robert Hélie, de Gorges [particulier]

Bénéficiaire(s) : Nicolas de l'Époisse [clerc]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1293, septembre

Lieu d'émission : Gorges

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Robert Hélie, de la paroisse de Gorges, vend au clerc Nicolas de l'Époisse pour soixante sous tournois une pièce de terre de cette paroisse et il engage en contre-plège le clos qu'il possède à Gorges et qu'il ne pourra vendre sans l'accord de Nicolas. Cet acte, ratifié par l'épouse de Robert Hélie, Jeanne, est fait en présence de la paroisse de Gorges.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 204, p. 335-336.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego Robertus Helie, de parrochia de Gorges, vendidi perpetuo et concessi Nicholao dicto de l'Espoisse, clero, unam peciam terre mee, sitam in dicta parrochia, inter vicum per quem itur de Hamello as Glamars, apud fontem as Helyes, et terram Johannis Coenere a lateribus et attingit ad vicum as Glamars et ad clausum meum a capitibus ; tenendam et habendam decetero in perpetuum jure hereditario, possidendum dicto N[icholao] et heredibus suis seu cuicunque dare sive conferre voluerit libere, quiete, pacifice ab omnibus rebus terrenis michi et heredibus mei pertinentibus [...] sine reclamacione mei aliqua et heredum meorum ; et sciendum est [quod ego] obligavi eisdem Nicholao meum clausum predictum in contraplegium, situm inter dictum vicum et terram predicti Johannis Couenere, et attingit a capitibus ad predictam fontem as Heliez et ad terram dicti N[icholai] supradicti, tali quod ego aut heredes mei non possemus amodo vendere, feodare, plus honorare, elemosinare, tradere, vel eciam aliter aliquomodo obligare, nisi de licencia dicti N[icholai] aut heredum suorum. Ego vero prenominatus Robertus Helie et heredes mei tenemur et amodo tenebimus dicto N[icholao] et heredibus suis dictam peciam terre et dictum contraplegium et omnia alia supradicta et singula, prout expresse prenotantur, garantizare, defendere, deliberare contra omnes bona fide, salvis tribus auxiliis Normannie consuetis ; et dictum clausum in contraplegium preconcessum de omnibus versus omnes dominos capitales penitus deservire et acquitare tenebimus in futurum, ita tamen quod predictus N[icholaus] in dicto contraplegio, si necesse fuerit, suam justiciam faciat competenter ; et omnia juravi fideliter observare et nullo modo decetero contraire, nec heredes mei. Pro hac autem venditione in futurum tenenda, predictus N[icholaus] dedit michi sexaginta solidos tur. quos ego pre manibus habui et recepi. Juravit eciam uxor mea Johanna quod post mortem meam contra dictam venditionem, ratione dotis, non veniet ullo modo. In cuius rei testimonium perpetuum et munimen, presentem cartam sigilli

mei testimonio roboravi. Actum est anno Domini M° CC° nonagesimo tertio, mense septembris, coram parrochia Beate Marie de Gorgiis.